

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 54.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

bus conficiuntur protestationis instrumenta, omnia hic ex juris communis tenore requiruntur, quae ad quodlibet aliud protocolum, e. g. ut ab actuario ad acta jurato conficiatur \*) etc.

§. 54.

Mallem quidem pro mea parte ad protestationem in quibusdam casibus instituendam solam judicij auctoritatem sufficientem habere; in iis scilicet, ubi non de re in sensu cadente (§. 46.), sed de re ageretur, circa quam soli judicii magistratui in eandem inquirenti, s. ex actis coram fe gestis rem jam exploratam habenti, satis constare potest, e. g. debitorem cambii proprii s. trassatum in loco, qui significatus est, non reperiri, eundem mortuum esse, s. etiam bonis excidisse etc. \*\*); id quod judicii modo legali, notario vero non nisi ex rumore s. fama publica, quae quidem maxime sublestae fidei est, notum esse potest.

F. 5.

S E C-

\*) Actuarios judiciorum in ipsis locis, ubi desint notarii, specialiter ad protestum conficiendum habiles declarat Ord. camb. PALATINA de an. 1726. art. 21. in corpore SIEGELIANO P. I. pag. 597. Praesertim in ipsis locis, ubi judicia mercatorum sunt, horum actuariis protestationis conscriptio conceditur. MUSAUS WR. §. 120. Solam confectionem judicialem, notariis exclusis, admittit Poln. Wechselverordn. v. 1775. §. 2. n. 3. in UHL. cont. IV. pag. 4. Protestationes judiciales firmas et justas esse prohibet, sed actuarii praesentiam remittit *allg. preuß. LR.* P. II. §. 1035. 1036.

\*\*) Habeo quoddammodo suffragans jus borussicum (*allg. preuß. LR.* P. II. §. 1206.)

